



nondum potuerunt illam, Christi cultoribus sanctam, veritatem: *homo simul Deus aeternus atque verus esse potest*, euertere. Ex duplici fonte haustae sunt, *quum id non solum rationi sanae, uti dicunt, c) sed etiam diuinis litteris repugnet*. Fidenter, dico, haec argumenta delirantium esse. Nihil enim tam vereor, quam ne destruere illa possim. Quam ob rem primo adspice, cur, sanae rationi, credant Sociniani, illud *ἀξίωμα* repugnare. Nam his, quae contra nos ex ratione proferunt, solide sublatis, dissoluere nec ea, quae nobis ex scriptura obiiciunt, deinde longum erit. Non tanti vero ponderis est, ut terreat nos, quod contra ratio eorum deprauata dicit. Ipsum enim illud, quo inter repugnantia, moti sunt, hominem, qui Deus sit, referre, ab ipsis, vidi, in eo positum fuisse: *quod duae substantiae disparatae, et proprietatibus aduersae, quales sunt Deus et homo, de se inuicem praedicari nequeant*. d) Hoc argumentum accepimus ab ipsis, hoc scripta eorum conseruant, hunc fontem illud habet, quod nobis ex natura Sociniani offerunt.

§. V.

O acutos homines! Quam paucis verbis negotium confectum putant? Ea sumunt ad concludendum, quorum iis nihil conceditur. Quodque ut ordine et via logicorum

B 3

mani-

c) *Cateches. Racouiensis Sect. IV. Cap. I. p. 25. Edit. in prooemio laudat.*

d) *loc. cit.*